vadiorum quo vel quibus solutis, utique inscriptioni praesenti et omnibus in ea con
tentis re ipsa totus quotiens opus fuerit satisfacere tenebuntur. Nulla in
praemissis omnibus praescriptioni terminorum obstante. Quod mentis firmatis est.

Czerminski insctt consorti

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemigliensibus Nobilis
Laurentius Czerminski. A iure foro et iurisdictione suis quibuscumque propriis et
competentibus recedendo, praesenti vero iuri et iurisdictioni Castrensis Praemigliensis se
cum successoribus bonisque suis omnibus in toto quo ad infrascripta tantum attinet incor
poravit et subiicit. Sanus mente et corpore existens publice et per expressum
recognovit et fassus est quia Nobili Catherinae relicte primarum nuptia
rum Nobilis Tietko Zaplatinski, primo vero Consorti suae usum fructu
et possessionem omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immo
bilium, summarumque pecuniarum per quascumque personas eidem in bonis quibus
cumque inscriptis et non inscriptis, quae nunc habet et in futurum habiturus est
Nullis exceptis et exclusis cum omni iure, dominio, ac proprietate, sic prout
ipsum met spectant et concernunt iam exnunc ad tempora extrema seu
hora praefatae Coniugis suae concedit consentit et inscribit. Ita tamen quod
post mortem et decessum praefatae Coniugis suae bona praefata hereditaria et obli
gatoria mobilia et immobilia, quorum ipsa vigore praesentis inscriptionis iure et
modo Adnitalicio utifruetur ad praefatum Laurentium Czerminski et suc
cessores eius, sine quavis contradictione et reintentia successorum praefatae
Catherinae, pleno ac integro iure devolvuntur, devolvique debet. Iamque ex
nunc coram officio praesenti eidem Consorti suae dedit et admisit praesentibusque dat
et admittit, realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione in bona prae
fata per Ministerium terrenum quemcumque sibi duxerit ad intromittendum iam ex
nunc per officium praesens ad id addictum, quam et in bonis praefatis daturum et admissu
rum se ac suos successores de omnibus bonis suis obligat et inscribit sub
damnis terminis ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxam
per ipsam Catherinam bona praefata iure et modo adnitalicio tenendum, ha
bendum, utifruendum usque ad extrema vitae suae tempora et horam, Tenebrisque prae
fatus recognoscens, Ac se successoresque suos de omnibus bonis suis inscribit
et obligat, eandem Catherinam in dictis bonis post data intromissionem, ab omni
quavis impetitione iuridica quarumcumque personarum sexus, status et condi
tionis cuiusvis existentem, Ab omnibusque iuribus et inscriptionibus quibuscumque to
tiens quotiens opus fuerit, tueri defendere, intercedere, bonaque praefata
munda et libera facere. Insuper praedictus Czerminski se successores
suos de omnibus bonis suis inscribit et obligat praesentem inscriptionem ex his Actis
ad acta terrena Praemigliensia ad tempus unius Anni transferre et transpor
tare, similemque vel si opus fuerit meliori recognitionem facere sub simili
bus damnis terminis ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxam
in defectu completionis praemissorum ad solvendum succumbendum, Pro quibus
damnis terminis praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus Extunc ob
misso suo quovis proprio et competenti foro coram praesenti Castrensi Praemigliensi
sub damnis terminis ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxam

officio. Cui se cum omnibus bonis et successoribus subiicit, in primo citationis termino tam
quam peremptorio stare parere rudere, ac per praefatis damnis terminis ab eodem
officio non recedendo, sub aliis similibus damnis terminis satisfacere tenebitur
et eius successores tenebuntur. Omnibus Exceptionibus Controversiis Pro
scriptionibus, Evasionibus suspensionibus, Motionibus, appellationibus, earumque
per adcitationes prosequutionibus, Actione praemiorum, vera vel simplici
infirmitatibus, Bellis, Conventionibus, Aura pestifera, statutis et
Constitutionibus quibuscumque novis vel antiquis, Dillationibus et lega
libus quibuscumque impedimentis ex industria humana excogitatis
se cum successoribus suis penitus abrenuntiando, Nulla praescriptione terminorum
in praemissis obstante. Quod mentis firmatis est.

Koficzki Hnr Kuniczki

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanea
libus Praemigliensibus Nobilis Stanislaus Koziczki mente et corpore sanus
existens. A terris, districtibus, iuribusque suis propriis quibuscumque foroque
comparendi recedendo, Huic vero praesenti Castrensi Praemigliensi iurisdictioni
se successores ac bona sua universa hereditaria et obligatoria mobilia et
immobilia nunc et in post habitis incorporavit et subiicit publice per
expressumque recognovit, Quia Nobili Venceslao Kuniczki et eius
legitimis successoribus summam quingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicae
quemlibet florenorum triginta grossorum polonicorum computandorum, certi veri et liquidi
debiti seu mutuatae pecuniae tenetur, Quamquidem summam quingentorum
florenorum pecuniae praefatus Stanislaus Koziczki se et suos successores super
universis bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus per
ipsum in quibuscumque terris et districtibus Regni Poloniae nunc et in post habitis
obligat et inscribit eidem Venceslao Kuniczki vel eius successoribus pro die
et festo Nativitatis Gloriosae Virginis Mariae in Anno Domini Millesimo
quingentesimo septuagesimo septimo proxime et immediate venturo hic circa
Acta praesentia Castrensia Praemigliensia in Castro Praemigliensi, dare solvere
reponere, repositamque relinquere, nec iterum ab officio ex sedimbere aut
quovis modo arestare, sub vadio similis summae quingentorum florenorum pecuniae
in defectu solutionis summae praefatae essentialis pro die et tempore sua
praescripto solutioni assignatis ad solvendum irrevocabiliter et de facto absque
quovis iudiciali decreto re ipsa succumbendum, et in unam summam Ca
pitalem essentialemque debitum Mille florenorum pecuniae convertendum, Extendi
deturque summa praefata simul iuncta Mille florenorum pecuniae in et super uni
versis et singulis bonis ipsius Stanislai Koziczki hereditariis et obligato
riis mobilibus et immobilibus per ipsum in quibuscumque terris et districtibus
Regni Poloniae nunc et in post habitis, Nihilominus praefatus Sta
nislaus Koziczki, se suos successores super omnibus bonis suis inscribit